

Sunt observantie servit
 dei apposite: in quibus pu
 rificari debeant. Sunt autē
 iste. Silentium psalmodia. vigilie. ie
 iunium: opus manuum: carnis mundici
 tia. In observantia silentij purifica
 mur a peccatis. que verbositate o
 tracimus. cuius vicij sunt octo spes.
 Est enim verbum stultum: vanum: men
 dar: ociosum: dolosum: maledictum
 impudicum: excusatorium. Que nimi
 rum pestis de loquacitate nascitur:
 et per silentij censuram aut evertitur
 funditus: aut certe ne multum noce
 at remittitur. In psalmodia fit du
 plex confessio: vbi et peccator de
 culpis confitetur: et deo laudes sup
 iudicia iusticie sue dicuntur. In hac
 ergo observantia quisque qui recte
 confitetur: purificatur ab immundo
 spiritu blasphemie: cui ante conver
 sionem subiacebat. Dum enim seipsum
 laudaret. ac deum accusaret: quid
 aliud quam blasphemus erat? Ita ve
 ro et confessus conversus. canticis
 que divinis instructus. contra vita.
 corrigit et verba: sequitur ipsum accu
 sans. mala sua sibi reputat. deum
 autem laudans. bonum quod in se vi
 det. non sibi sed illi applicat: et hoc
 totum agitur in psalmodia. Per
 psalmodiam accipe quicquid deo a
 gitur cum mentis melodia. siue sint
 psalmi. siue hymni. seu etiam quecum
 que cantica. Tertia observantia po
 sui superius vigiliis: has semper de
 bet comitari orationum instantia

Decimus

Tales vigilie abluunt nos a sordi
 bus quas contraximus per somno
 lentiam resoluti: dum oblivione que
 dam a via salutis interpuimus ac
 torpimus. Quarta observantia
 est ieiunium. De quo quis dubitet
 an et ipsum purificet. Vera est illa
 sententia. contrariis curantur con
 traria. Si ergo peccavimus per gula
 et ingluvies: quid restat nisi ut per
 abstinentiam reparemur? Nec soluz
 huius vicij fit per ieiunium purifica
 tio: insuper et virtus ad expellen
 dos demones comparatur. Per
 segnicem quoque et ociositatem que
 inimica est anime. multas contraxi
 mus sordes: contra dei sententiam:
 in sudore vultus alieni: non nostro
 pane vescentes. Propter hoc sequi
 tur quinta observantia. que dicitur
 opus manuum: ut sordes ille in la
 boze manuum diluantur. Restat
 ultima. carnis mundicia. In hac
 fit purificatio. ab illa quinquaginta
 corporis illecebra. visus. audi
 tus. gustus. odoratus. tactus. et
 cetera quidem predicta. id est silē
 tium. psalmodia. vigilie. ieiunium.
 opus manuum. exerceri sine ista pos
 sunt. Sed si lumbi precindunt non sunt
 id est si desit carnis mundicia lu
 cerne ardentes quid proderunt?
 Hinc ergo colligendum est. que sit natura
 huius sexte observantie purificatio: que
 sola omnibus supradictis equipol
 lentem obtinet vim salutis. Et no
 tandum. quod in his omnibus observa
 tijs. quattuor primas debemus non